



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

An in eo sit contradictio, quod orandum & laborandum sit pro gratia verae conversionis, & tamen non oretur aut laboretur sicut oportet, nisi ex gratia? Item an indè sequatur progressus in infinitum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

C A P U T I V.

An in eo sit contradictio, quod orandum & laborandum sit pro gratia veræ conversionis, & tamen non oretur aut laboretur sicut oportet, nisi ex gratia? Item an inde sequatur progressus in infinitum?

IN fine Capitis 4. nonnulla proponit Manuductio media v. g. precum, piique laboris congrua, ut à peccati statu peccator refurgat, ac veræ conversionis donum consequatur. Displicet id Appendici eò quod ultrò ante orationem aliumve laborem veræ penitentiæ gratiam velit omnibus peccatoribus sic offerri ut *dumtaxat* sit illi consentiendum. Imo (quod mireris) in ista Manuductionis doctrina videt contradictionem: Nam hæc omnia, inquit, que prærequirit ante conversionem, sunt ipsamet conversio saltem inchoata, & fieri non possunt absque gratia veræ conversionis, & sic vult peccatores querant quod jam habent.

Inepta est hæc contradictionis obiectio, falso fundamento innixa, dum omnem etiam inchoatam conversionem putat hic author ad justificationem sufficere.

§. I.